V Szczianski cedit Pallatino Lublinensi

premisso succumbentem ex ipsa a Judicio non recedentem tunc quod opus
fuit satisfacere decretumque et omne iudicatum pati tenebitur et eius
posteri tenebuntur terminum ipsum primum peremptorium et aliis
subsequentibus causae et causarum terminos nullis modis colloribus
dilationibus ad quietationem vera vel simplici infirmitatibus actione
pro maiori tumefactionibus praescriptionibus suspensionibus praeten
tertium marcarum ac legalibus quibusvis impedimentis statutisque
et constitutionibus laudatis et laudandis differentibus prolongandis et
evadendis tum a decretis quibusvis nullas motiones cum appellationibus
facientibus et interponentibus necnon easdem prosequentibus iudicem et partem
adcitantibus iuris ac cum successoribus omnibus iuris remedijs ubi abrenun
ciatione sue et suorum successorum sub amissione totius causae vel
lucrationis a solutione vadij seu vadiorum quo vel quibus solutis
utique iuris ordinem puti et eius contentis tunc quod opus fuit satisfacere tenebitur
et eius posteri tenebuntur nulla terminorum praenominatorum obstante

Draminsczi transfundunt

Jus suum Tutoriae super fratrem suum germanum.

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Premisliensibus personaliter com
parentes Nobiles Bartholomaeus et Martinus Draminsczij fratres
germani filij olim nobilis Stanislai Draminsczij de pallatio Plo
czensi districtu vero Rachiazien a pallatibus terris dictis
iuribus iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs recedentes ac foro
competentes renuntiantes, huic vero iurisdictioni Castrensi premisliensi se
cum successoribus bonisque suis omnibus quo ad actum putem allinet
plenarie incorporantes et subiicientes sani mentis et corporis existentes
principaliter libere ac per expressum recognoverunt et quilibet eorum seorsim
suo quisque pro interesse recognovit Quia ipsi omne et inte
grum Jus suum Tutoriae Nobilium Stanislai Petri et Agnethis
Draminsczich filiorum olim nobilis Joannis Draminsczij fratris
sui germani Nepotum suorum super eos et nobilem Albertum

Draminsczij fratrem eorundem germanum iure divino et naturali
devolutum eisdemque ultime concernentem in personam eiusdem Al
berti Draminsczij fratris sui germani plenarie transfundunt
incorporant et inviscerant Eindemque Albertum Draminsczij
fratrem suum germanum iuvenum ac ultimum eorundem Stani
Petri et Agnethis Draminsczich Tutorem defensorem
bonorumque ipsorum omnium quocumque nomine vocatorum guber
natorem et administratorem fecerunt constituerunt assignaverunt,
ac ordinaverunt, prout putibus faciunt, constituunt, assignant,
ac ordinant Dan et concedentes eidem Alberto Draminsczij
fratri suo germano plenariam et omnimodam potestatem et
facultatem praedictos Stanislaum Petrum et Agnetham Dra
minsczie nepotes ex fratre germano suos ac bona ipsorum omnia
mobilia et immobilia summasque pecuniarios habere et habendum devolutum
et devolvendum nullis penitus exceptis et exclusis sed omnibus
in genere et singulis in specie comprehensis regendum, gubernandum, ad
ministrandum, disponendum, tuendum, iure defendendum insuper debita
praedicto olim Joanni Draminsczij parenti eorundem puerorum
per quascumque personas quolibet modo contracta exigendum,
actionesque pro eisdem quibusvis personis coram iudicio et officio
quocumque requirentibus et ad finalem executionem deducendum
summas pecuniarias tollendum percipiendum de perceptis quietandum, iuris
et processus iudiciarios cassandum mortificandum et alia omnia que
Tutor de iure facere possit et valeat faciendum putibus suis
recognitionibus mediantibus quod memoriali firmatum est.

Terlieczki quietat alium.

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensibus premisliensibus
Nobilis Joannes Bryuczali Terlieczkij a iure et foro
suo proprio recedentes iurisdictioneque competentes renuntiantes, huic
vero iurisdictioni Castrensi Premisliensi secum successoribus bonisque